

faire sur ses habitants aucune exaction, aucune taille, etc. Quoi-que dans le préambule on lise le mot *concessa*, il semble, à la

*nebat quislibet ab emptore percipere integras venditiones que superius sunt expresse. Alii vero accensatores, scilicet secundus, vel tertius, et deinceps, nullas venditiones aut laudes percipient de eisdem.*

11. Item. Burgenses et habitatores in dicta franchises possunt debitorem suum vel fidejussorem pignorare, et etiam vendere pignora in foro dicte ville; et si negetur pignus venditum, debet probare vendorum venditionem, si hoc ab eo infra quadraginta dies exigatur. Ex tunc autem debet sibi credi per juramentum sine alia probatione. Si etiam recridentia petatur a debito vel a fidejussore pignorato, infra octo dies post captionem pignoris, si super sancta Dei Evangelia juraverit quod creditorum in aliquo non tenetur, debet fieri recridentia, datis tamen bonis et securis fidejussoribus in manu creditoris vel ejus mandati pro recridentia ei facta.

12. Item. Si querela, contentio vel rixa inter homines dicte ville forte emerserit, quislibet potest eas pacificare.

13. [Item.] Si prior dicte ville alicui terras ad censum annualem dederit, debet sibi et heredibus suis in pace remanere; et si obedientiarius ecclesie etiam idem fecerit de assensu prioris, sibi de cetero remaneant pacifice et quiete.

14. Item. Si querela emerserit inter milites et burgenses diete ville, et clamor ad curiam prioris devenerit, debent a dicto priore sine emenda judicari.

15. Item. Si quis conqueratur ad curiam pro debito, et sine contradictione debitum confiteatur, nulla emenda inde debetur.

16. Item. Si pro facta injuria vel dicta, clamor ad priorem vel ad ejus certum mandatum fuerit factus, is cui incumbit injuria tres solidos et dimidium solvat pro emenda.

17. Item. Si aliquis in dicta villa aliquem malitiose egrosaverit vel de pigno percutserit, et inde fiat effusio sanguinis, et clamor ad curiam factus fuerit, solutis septem solidis pro emenda, liberatur, hoc salvo quod primo sit passo injuriam satisfactum.

18. Item. Qui malitiose sanguinem de gladio fecerit, videlicet scutello, ense, lancea, sive clamor factus fuerit vel non, sexaginta solidos et d. solvat pro emenda. In omnibus autem casibus de quibus emenda debetur, debet primo passo injuria emendari.

19. Item. Qui falsam ulnam, falsum pondus, ad emendum vel ad vendendum, tenuerint, et super hoc probati fuerint vel convicti, sexaginta soli-